

2666.

1328 d. 29 Maj.

Nysätra.

ESKIL ANDERSSON testamenterar sin gård Svepanäs till Wårfruberga kloster, der han väljer sin graf vid sidan af sin hustru Margareta; bestämmer gåfvor af penningar och åtskillig löseegendom till kyrkor, kloster och enskilda personer, hans 8 väpnare och tjenare; samt utnämner till förmyndare för sina barn Hr Greger Magnusson.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

In nomine Domini amen, Ne mortis cunctis mortalibus euentus ineuitabilis, viam salutis precludat, in graui infirmitatis molestia constitutis, Jdcirco. Ego ESKILLUS ANDRESSON, corpore quidem debilis set mente per omnia sanus per gratiam ihesu christi, Cupiens de bonis michi a deo concessis saluti anime mee. salubriter prouidere, meum in hunc modum. facio et ordino testamentum. In primis apud religiosas dominas, sanctimoniales. in monte beate virginis, iuxta dilectam vxorem meam margaretam, mei corporis eligo sepulturam, quibus lego et assigno, et manum mitto tam pro anima mea. quam dilecte vxoris mee predictae. Curiam meam in swepanæs. cum omnibus eiusdem curie adiacenciis. videlicet mobilibus et immobilibus, infra sepes et extra, prope vel remote positis, nullis prorsus exceptis [in perpet]uo *) possidenda. per meos heredes quoscumque. vlllo tempore. minime reuocanda, Jtem monasterio sanctimonialium in sko. vnum peplum aureum. ualoris. viginti quatuor marcharum, Jtem fratribus predicatoribus sictunie. vnum pannum aureum. ualoris viginti marcharum. Jtem fratribus predicatoribus in strænginæs. et in væstraaros. cuilibet ipsorum. tres marchas denariorum. Jtem fratribus minoribus. vpsalie. Enÿchopie stocholm. Arbogha et Nÿcopic. cuilibet ipsorum. tres marchas denar. Jtem domui dei vpsalie. tres marchas denar. Ceteris vero hospitalibus in superiori swecia. cuilibet ipsorum. vnam marcham denar. Jtem ecclesie in Nÿsætær quinque marchas denar. vnam vero ibidem sacerdoti. Ceteris vero ecclesiis. in quarum parochiis. curiam possideo. vnam marcham denar. et aliam sacerdoti. Jtem nobili viro et amico meo karissimo. domino Gregorio magnusson. vnam cupam argenteam. ponderis quinque marcharum. Jtem awunculo meo. Folkoni Eriksson. vnum cornu. Jtem domino mathie. curato in næss. sunoni. haldsteynson. Johanni Eriksson. cuilibet illorum. vnum cornu. Jtem Johanni Niclesson vnum Balteum argenteum. Jtem Erico magnusson. vnum dextrarium. ualoris. CCC. marcharum. Jtem Birgero Erlÿngsson. vnum dextrarium. ualoris. centum .XX.ti. marcharum. Jtem octo armigeris meis. cuilibet ipsorum. vnam tunicam de panno gÿænst. Jtem .VIII.

*) En bit har blifvit bortrifven ur pergamentet, hvarföre dessa inklauderade ord måst gissningsvis insättas.

clientibus meis. vni coco. vni braxatori. et vni. pistori. cuilibet illorum. vnam tunicam. de panno næflyst. Jtem Cecilie. vnam tunicam de panno gyænst. Jtem petro rangwaldson vnum cultellum argenteum. dictum stækæmæz. Jtem erico siggason. vnam galeam. Jtem lego religiosis personis. Primo fratri Petro philippi. vnum missale. fratri kanuto magnusson. quinque marchas denar. sorori sue in sko vnum anulum aureum. Jtem dominabus. reghmodi et Botildi. cuilibet ipsarum. vnam mantellam de panno bærsaclædhe. Jtem domine Elene in sko. VI. marchas denar. Jtem fratri Johanni gardýano vpsalie. omnia indumenta sacerdotalia. cum calice et ornatu pro altari. Pro solucione autem premissorum. obligo et assigno. Bona mea omnia. in frøtunum et wardeýdhi. tali videlicet condicione. ut de obuencionibus dictorum bonorum. quantum se extendunt singulis annis. legata superius dicta. integraliter persoluantur. Ceterum. de sinceritate dicti domini gregorii magnusson. plenam gerens fiduciam. ipsum deprecor et exoro. quatinus prolem meam. et omnia eiusdem bona quousque ad annos legitimos peruenerit. sub sua uelit speciali protectione assumere. et tutela. dans eidem. domino Gregorio. potestatem plenariam. tam de bonis quam de ipsa prole. ordinandi. et regendi. prout sue discrecioni. uidebitur expedire. Exequutores autem huius mei testamenti. et mee ultime uoluntatis. constituo et ordino. Nobiles viros et discretos. silicet fratrem ødgislum dei gracia. administratorem. ecclesie arosiensis. dominum Gregorium magnusson. dominum Týdemannum canonicum. arosiensem. et sunonem haldsteýnson. rogans. ut illi ex eis. qui uacare uelint et possint. premissa omnia exequantur fideliter, prout de eis. fiduciam gero specialem Testes autem premissorum omnium. sunt hii. frater ødhgislus predictus. dominus gregorius magnusson. dominus karolus orustason. dominus Thidemannus canonicus arosiensis. dominus Johannes foot. Birgerus algotson. karolus magnusson. Benedictus sigurdason. Ericus cristiarnson. soror sua cristina. Fulco Erikson. Suno haldsteýnson. et frater Petrus philippi. In horum autem omnium. robur et euidenciam pleniorum. sigilla. fratris ødgisli administratoris ecclesie arosiensis. domini gregorii magnusson. siggonis. magnusson. domini Th[idemanni] canonici arosiensis. Erii cristiarnsson. Liquidi cristiarnsson. et cristine sororis ipsorum. Fulconis Erikson et johannis fratris sui. et sunonis haldsteýnson. presentibus. vna cum sigillo meo instanter apponi peto. Datum et actum. nýsætær. Anno domini M^o. C^oC^o. XX^o. octauo. in dominica trinitatis.